

Non tenui laude celebranda est votorum mediocritas, in hac praesertim nostrae 3  
aetatis facilitate, quae desiderii gradus non habet. quis credat, summam facundiae  
diu inter fori ornamenta numeratum praesidalem dudum recepisse provinciam multo-  
que itinere decurso ad honorem paene exiguum navigasse, cum plerique hominum  
5 viliorum prope a summis potestatibus inchoarent? sed bona conscientia illud dicit  
eximum, quod ipsa suscepit, eumque ordinem statuit magistratum, quem fecerint  
merita rectorum. || nescit publicam curam nominibus aestimare et illud putat esse fastigium,  
quod acceperit dignorem ||

Crevit adeo illo tempore praesidatus seseque ad magnitudinem regentis tetendit, 4  
10 et cum potissimi viri gloriam provincia una non caperet, egit fama latior negotium  
suum, ut Theodosio quondam militarium magistrorum celeberrimo consultor belli per  
Africam iungeretur. hic iam dissimulare non possum, quid testimonii . . . . .  
. . . . .

## VII ante a. 388.

15

## PRO SYNESIO.

Quod Iuliani c. v. cum primis amici mei filio precator potius quam testis adsum, <sup>Ambr. p. 197</sup>  
nemo viri diffidentia curatum putet, cum statuerim, patres conscripti, non minore a vobis  
reverentia memet fidem *in omnia* poscere quam ceteros. opto iurare et mehercule de-  
bussem subire partes dicendi testimonii, nisi eius desiderium recepisset, a quo lauda-  
20 tores consuetudo vestra magis exigit quam dubitatio *iuratores*. nulli igitur suspecta sit 2  
ista libertas munera mei: rogaturus, ut dignitati nostrae novus senator accedat, habeo  
praesentem poenam, si iungor indigno, neque eam numero et modo simplicem, si uno  
facto et meae auctor iniuriae et reus vestrae sim. quare credatis velim, non mea  
cautela factum sed securitate suscepti, ut hoc potius sortirer officium. dum iuratoribus  
25 abundat, dum meriti sui certus est, adhibuit petitorem, quem testem sibi aliis reser-  
vasset: || nec me putetis satis absolutum condicione iurantium || ego vero, cum res amici  
agitur, etiam *de nobis* arbitror iudicandum. memini, quanta diligentia mihi constet 3  
<sup>Ambr. p. 198</sup> singulorum | familiaritas, neque ita sum prodigus publicae dignitatis, ut de alieno  
solvam contractum domesticae gratiae. taceo officiorum nostrorum laudabiles vices:  
30 nolo pro meo debito curiam *intervenire*. quippe utrumque deforme est, et collegam  
futurum non censeri merito suo et laudatorem eius de communi esse solvendo. quanto  
honestius dico, non ideo Synesius in senatum legendus est, quia mihi amicitia iungi-  
tur, sed ideo amicus est mihi, quia dignus est, qui legatur!

Pater huic iuveni est iamdiu adscitus senator, quae res de meritis venit; siquidem 4  
35 dignitas innata felicitatis est, delata virtutum. ceteri retro maiores illius tunc a vobis  
probati sunt, cum ipse legeretur. num distat orationis meae fides *a testimonio?* iurasse

1 laudemcelebrandam 4 plerique 5 *in prima editione scriptum erat* sed bona conscientia illud  
ducit eximum, quod ipsa suscepit, eumque ordinem statuit magistratum, quem fecerint merita rectorum,  
*in secunda* sed bona conscientia nescit publicam curam nominibus aestimare et illud putat esse fastigium,  
quod acceperit dignorem

16 praecator 17 p. c. 18 reverentia memet fidem *in] ego*, reverentiametfidem 20 du-  
bitatio *iuratores*] Mommsen, dubitatores

22 poena 25 /ibi 26 Nec novum caput incipit in codice nec me — iurantium ante  
24 dum iuratoribus *inserendum erat* conditione  
27 c/astet 29 laudabilis 30 *intervenire] Haupt*, peruenire 31 commune 32 quia  
corr. ex qui 1 m.

35 felicius 1 m. 36 fides

me existimate, quia praedico, quae potestis agnoscere. nec iniuria quis dixerit, Synesius plus decoris quam genitorem adferre, cui et illud accessit, quod ex eadem domo iam secundus admittitur. etenim propago generis, quanto longius recedit a novis, tanto altius tendit ad nobiles. non multum apud : . . . . .

Vat. p. 7 . . . . . timori. pendet circa illum sollicitae domus pietas, sed ipse de se exigit,  
quidquid omnium sibi humanitas relaxavit. iam video, Iuliane, causas consultissimae  
6 placitatis tuae: tali filio magis securus es quam remissus. illud autem non vereor,  
patres conscripti, ne quis inparem senatoriis muneribus arbitretur unicum filium non  
pauperis patris. atque utinam fortuna germanum quoque eius incolumem senatui tradi- 10  
disset! quod nunc alteri superest, satis esset ambobus. Synesius quidem meus omnes  
sibi opes cum fratre credit ablatas, sed res naturae est, ut divisa, cum in unum  
redeunt, augeantur. et quantum, dii boni, in dies proficit domus sobria! quippe, ut  
scitis omnes, saepe inopia vel copia ex moribus venit. nisi forte excongruam putatis  
istiusmodi laudem: || plane inter facultates censenda est parsimonia || nam senator, qui pri- 15  
vato usui minimum vindicat. publico plus reservat.

7 Cetera testibus sedulo addenda servamus: mihi uberioris loqui cautio est, ne videar  
Vat. p. 8 non tam fide actoris multa dicere quam iniurati securitate. | duobus quidem nitimur  
Euresio adque Avito cc. vv., quorum religionem si omnes aequare possent, nemo  
iuraret. sed horum priori quamquam facundo possem gratiam facere dicendi: sufficit 20  
desiderio nostro ad suffragium, quod avunculus petitoris est. siquidem vir honorum  
frequentium, multae in re publica vigilantiae, generi suo quaesivit omne, quod meruit.  
enimvero nec Avitus meus orator de summatibus minore momento causam iuvabit,  
quia ornamentum sic de amicis ut de proximis sumitur; in his dignitas generis, in  
illis specimen honestatis est; illa pars familiam commendat, haec vitam. 25

8 Vos nunc, patres conscripti, oro adque obsecro, ne tamdiu in una domo sinatis esse dispare dignitates. hic omnium parentum summus est labor, ut magis splendeant, qui sequuntur. dedit natura Synesio bonos mores, pater optimas disciplinas, fortuna commodas facultates: hoc unum ac potissimum novo adhuc iuveni decus superest, cuius vos eritis auctores.

VIII.

**PRO VALERIO FORTVNATO.**

Vat. p. 9 . . . . . audierat fibrum, ubi periculo urgetur, parte corporis, quae in se desideratur, abscisa vitam pacisci. quod mater familias in usum vertit suorum, sed maiore iactura, dum nimis timide consultit aeris angustiis, || hoc tamen verius questa || 35 quo minus eripuit quam refudit.

1 existi/te agnoscere 2 decoris quam genitorem adferre cui] ego, decoremadferre cui  
 4 nobiles  
 6 domos  
 9 o. p. c. 10 fortunam incolumen 15 plane — parsimonia ante 13 quippe, ut inscren-  
 dum erat facultatis parsimonia 16 minimu/ publico  
 17 addeda uberibus 18 securitate 20 possem] ego, possent sufficit 22 multe  
 26 patres o.c. 27 dignitatis 28 n//ura 30 eritis post auctores sequitur virgula  
 finem orationis indicans  
 34 abcissa 35 maiore iactura] Boehrens, malo|resactura augustiis hoc — questa post  
 p. 339, 3 quod precatur incedendum erat quaesta